




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-573384-p0001-8

DFG



14298.

AUSPICE CHRISTO!
DISPUTATIO OCTAVA
Continens

1644 // 27
19

QVÆSTIONES FORENSES,
Exprocessu & ordinatione Judic. vulgò
GerichtsOrdnung/

Sereniss, ac Potentiss. Principis
ac Domini, Dn.

JOHANNIS GEORGII,
Ducis & Elect. Sax, &c. Domini nostri clementiss.
desumptas,

QVAS

SUB PRÆSIDIO
CHRISTIANI TAUBMANNI, J. U. D.
Prof. Publ, Curiæ Elect, & Facult, Jurid.
Adsefforis,

Publico Eruditorum examini subjecie

HENRICUS COSELIUS
de Pezlinovez.

Ad diem Augusti, in Auditorio JCtor.
boris antemeridianis.

• 880 • 880 •

WITTEBERGÆ,
Excudebat JOHANNES HAKE.
M. D. C. XLIV.



V I R O,
Nobilissimo Amplissimo atq; Clarissimo
DN. ALEXANDRO RUMPALIO
de Cundratiz, Senatori Patriæ Gravissimo, nunc au-
tem Exuli Christi afflictissimo, Affini ad PARENTIS prope
vicem demissè honoratissimo colendissimo.

Ogitanti mihi s̄epissimè, Venerande Parens, quo cultu, quâ ve-
neratione, quâ reverentiâ, quo obsequio, quo pignore, quâve
ingenij industriâ, tibi animi mei observantiam contestarer, ani-
mus erat Ampliss. Clarit. T. pulchro aliquo & magno (magnam
namq; & eximiam ejusdem propensionem, singularem favorem
atq; benevolentiam hactenus expertus sum) munere adornare, ac, cùm orna-
tissima sermonis integritate, tum locupletissima rerum dignitate, eidem de api-
cibus Juris aliquam dissertationem conscriptam offerre. Verum cùm tanto ani-
mo meo doctrinâ & ingenio longè sim inferior, non habeo in mearum virium
supellectile quod modò præstare possim, præter exiguae hasce pagellas quæstionum
forensium. Ne igitur observantiae tibi debite desertor esse videar, dum con-
digna te munera inpendere nequeo, saltem ex tenuitatis ingenij mei officina hanc
dissertationculam, in observantiae atq; confidentiae in te meæ argumentum tibi
nunc offero: hâc te dono, hanc tibi dedicatam constituo, magnitudinem ani-
mi ergate mei libenter ostensurus. Serenâ itaq; bilari ac benevolâ fronte hoc
munuscum qualecung; illud est, ut accipias, & perenne, erga Ampliss. Cla-
rit. T. obsequij & observantiae meæ pignus ac monumentum esse sinas, meq; pa-
trocinio ac favore benignissimo, quo hactenus, ita & in posterum quoq; comple-
ttaris; est quod submissâ mentis devotione etiam atq; etiam rogo.

De me interim, Venerande Parens, id certum tibipersuasum babeo,
peto, fore me **TUI NOMINIS** observantissimum; & Clientelari quasi
jure addictum eidem ac devotum. Dat. Witteb. d. 4. Aug. 1644.

T. Ampliss. Clarit.

obstrictissimus

Henricus Coselius,
de Pezlinovez.

DISPUTATIO VIII.
Ex Processu Novo Judiciario
Saxon.

A.C.1644
Jun.

PRÆSIDE
CHRISTIANO TAUMANNO,
D.&P.P.
Respondente,
HE N R I C O C O S E L I O ,
de Petzlinovetz Prag.

T I T.

Von der Leuterung vnd Oberleu-
terung.

Cum omnis sententia, sive iniquitate vel imperitia Judicium; vel inopiâ probationum lata, ipso Jure subsistat, ac in rem judicatam transeat, nisi impugnetur. *Reig. process. disp. 10. pr. Meritò SERENISS. Dn. ELECTOR* subjicit illud moribus & consuetudine introductum Remedium Leuterationis: *Carpz. const. 19. def. 1. & l. 3. t. 11. Refp. 102. Berl. const. 49. n. 4.* Quo, sicut in Appellatione (*non tamen per modum devolutivum, sed suspensivum* C.d. 2.) petitur, non tantum verba sententiæ obscura declarari, sed etiam corrigi, & aliquando in totum mutari. *Schneidw. ad S. 23. f. de act. n. 37.* Ita ut clausula illa, *Non deductā deducā, & non probata probabo, per l. 4. C. de temp. appellat,* in isto quoque locum obtineat. *C. d. 2. Berl. n. 24.* Non tamen in Oberleuteratione. *B. n. 64.*

P. 84.

II. Ergò omnes, qui in sententia gravati leuterare possunt? Aff. Etiam Procuratores absque speciali mandato, *B. n. 8, C. d. 3.* Modò generale habeant; Aut dominus intra decendum ratihabeat, *C. d. 6. & l. 3. t. 12. Refp. 108. n. 12.* Et tām à definitivâ quam interlocutoriâ. *C. d. 23. B. n. 9.* Etiā tribus sententijs. conformib⁹. *C. ib. & l. 3. t. 10. R. 101. n. 12.* Unicā tamen saltē Leuteratione. verb. Auff ein ieder Urtheil nur ein. *C. d. 4. B. n. 11.* Nisi prior sentētia fuerit reformata, verb. Es würde. Aut novū gravamen Leuteranti illatū, vel novum capitulum anne-

I

xum

xum; & aliquid, quod in Leuteratione deductum, in sententiā omissum, verb. oder. Quod tamen in specie exprimendum. verb. *Je-*
Doch. C.d.5. § l.3.t.11. Resp. 102.n.19.

§. do auch
p. 85.

III. An autem Leuteratio utrig₃ parti communis? Aff. verb.
Und darumb. B. n. 43. Etiam si Leuteratus intra decendum expressis verbis Leuterationi interposita non adhæserit. C. d. 7. Ita ut, si forte condemnationem expensarum in priore deductione quis omiserit, in leuteratione petere valeat. *Ibid.* Imō sententia per Leuterationem suspensa potest mutari in deterius; etiam parte adversa non petente. C. d. 12. B. n. 44. Modò tota sententia fuerit suspensa. n. 45. Aliàs valet saltem quo ad illum sententiæ articulum, à quo leuteratio interposita. B. n. 46. C. d. 9. § l.3.t.11. R. 103.n.8. verb. *Soll doch. Nisi Appellatus & Leuteratus, (Imō & Tertius C. d. 11.) Leuterationi ab alio interposita adhæsitos esse intra decendū expresse se declaraverint. C. ib. n. 9. & def. 8.* Vel Leuteratio verbis generalibus interposita verb. *Es were denn. B. n. 48. C. d. 10.* Tunc ea in omnibus sententiæ capitibus, tam connexis, quam separatis, Leuterato erit communis, quantumvis Leuterans deinceps in certis saltem quibusdam capitulis Leuterationem fuerit prosecutus. C. l.3.t.11. R. 103.n.4. Non tamen admittenda Leuteratio, si in compromisso saltem Appellatio fuerit reservata, & vice versa. *Ib. n. 16.*

§. Nach
deme

IV. Sed an altera statim die à publicatâ sententiâ Leuteratio interponenda? Neg. Sed sufficit, si Gravatus, i. intra decendum (quod de momento in momentum à die publicationis, etiam Ignoranti. C. d. 14. § l.3.t.11. R. 102.n.6. currit. C. d. 13. § l.3.t.12. Resp. 114. Et neg₃ à Judice, neq₃ à partibus per compromissum prorogari potest. B. n. 18. C. l.3.t.12. R. 114.n.10.) illā interponat. Ita ut negligentia Procuratoris dominio quoque noceat. B. n. 21. Nisi justâ de causâ impeditus fuerit. C. d. 15. § l.3.t.12. Resp. 122.n.45. II. Ut intra spacium 6. Septimanarum & 3 dierum (A die interposita Leuterationis, etiam ultimo momento B. n. 28. C. d. 17. § l.3.t.11. R. 105.n.7. In quem tamen dies insinuationis non computandus. Ib. n. 10.) Citationem ad prosecutionem Leuteratus ab eo Judice, qui sententiam tulit, impetrat. verb. *So wollen. B. n. 26.* Aliàs pro desertâ habetur, & Leuterans in expensas retardati processus condemnatur. *Ib. C. de 33. § l.3.t.12. Resp. 122. n. 45.* Nisi *Jude*.

Judex ex caussâ alium præfigere terminum velit. def. 31. 32.
34. & 13. t. II. R. 105.

V. Leuterato autem contumace, an ad legitima impedimenta, & amissionem caussæ procedendū? Neg. Sed Responsio *vel cum refusione expensarum ei injungenda*. C.d.def.31. Vel in contumaciā perseverante super gravaminibus per Leuterantem deductis *ex actis prime instantiae cognoscendum*. Ib.d.32. & supra disp.2. tit. 10. tb.9.

VI. Ergo sufficit in *Schedula Leuterationis* citationem ad prosecutionem petere? Neg. Sed intra prædictum spatiū 6. Septim. denū petenda. verb. *So wollen B.n.30. C.d.16. & dict. R.105.n.3.* Etiam si sententia super alio prosecutionis termino præfigendo lata C.d.18. Aut contumaciæ accusatio non præmissa. vers. *Sich hierinnen d.19. III.* Ut Judex à petita citatione ad prosecutionem *intra tres menses gedoppelte Sächs. frist*) certum terminum prosecutioni Leuterationis præfigat: *Acta ad decidendū transmittat, & sententiam publicet, d. const. 19. verb. Es soll.* Quibus tamen præcisè à Judge non observatis, Leuteranti hand præjudicare censemus *cum D.Carpz.d.20.contra B.n.33.* IV. Denique de forma Leuterationis est, ut Prosequutio ore tenus, & non in scriptis fiat. d. const. 19. §. in der. Et quidem à definitiva *tribus*, ab interlocutoriā *duabus positionibus alternis* ad sententiam termino proximo concludatur. §. die weil. B. n.40. C.d.21. Ita ut *Advocatus*, singula gravamina *in specie exprimere*, nec ad priora saltem acta, sub pñnā 10 taler, se referre debeat. verb. *Darneben. Ib.n.42.*

p.88

p.86

VII. Sed an Leuterans in præjudicium leuterati renuntiare leuterationi possit? Aff. B.n.52. Modò citatio nondum emissā. verb. vnd wiewol C.d.7.n.4. Aut Leuteratus sententiæ *intra decendiū adhæserit*. C.d.8.n.6. Nam tunc renunciatione Leuterantis nō obstante, leuteratione tanquam communi beneficio uti, & jura sua deducere potest. verb. wann aber. Imo etiamsi èa uti nolit, leuterans tamen propter renuntiationem importunam, *in expensas retardati processus condemnari* debet. Ib. verb. do er sich. B.n.54.

VII. An autem Leuteratio absque sufficienti gravamine interposta, à Judge interdū *ex officio rejicienda*? Aff. C.d.29. Imo admissus si declarationem prioris sententiæ nō obtinuerit, *in expensas retardati dati*

s. die weil.

dati processus condemnandus. verb. sonderii C.d.30. & l.3.t. 12. Resp.
122.n.35.B.n.56. Aut pro ratione circumstantiarum juramentum ma-
litiae ei imponendum. verb. oder zum. C. d. 29.n.5. B. n. 58.

IX. Sed cum per Leuterationem lis aliquo modō protrahatur,
haud immerito dubitatur, an Ober sive super Leuteratio sit permissa?
Aff. Princ. verb. wollen aber p. 45. Nullibi tamen nisi in aula coram
Electore, vel alio Duce Saxon. (Imò & ex observantia in Episcopa-
tibus B.n.61.) Modò causa in primà statim instantiā ibi cæpta, vel per
commissarios, & delegatos Electoris eò delata: Nec per viam Ap-
pellationis devoluta: B.n.59. (Licet adversa pars haut contradixerit;) Ac etiam ad finem ibi perducta & definitivè pronuntiatum sit. C.
l.3.t.11. Resp. 107.n.4. & 15.

X. Ergò contrasententiam interlocutoriam Oberleuterationem
interponere non licet? Aff. d. §. die weil verb. wie dann. Carpz. d. Resp.
n.56. Nisi ab eâ appellatum; eaque in Senatu Appellationum refor-
mata fuerit. Ib. n.9. B. n.62. Aut vim definitivæ obtineat, quæ exin-
de mixta dicitur. Ib. n.22. Aut pars expressé non contradicat. B. n.67.

XI. An autem hodie in processu criminali inquisitorio Leutera-
tio & Appell. admittenda? Neg. C. const. 19. def. 25. & c. 20. d. 20. Nec non
prax. crim. p. 3. q. 139. n. 14. Maximè in criminibus capitalibus: Sive
sententia sit definitiva, sive interlocutoria Ib. n. 21. Ita ut neque quali-
tas causæ criminalis attenderida Ib. n. 28. Nisi processus ordinarius in-
stitutus. n. 31. Quo tamen penderite, appellans è carcere non relaxan-
dus. n. 42. Aut aliquis (Etiam consanguineus C. d. 27.) velit gravamen ex
sententia sibi proveniens per modū defensionis deducendæ avertere. Ib.
n. 37. & def. 26. Aut certò constet; causam pro criminali (peinslich)
non esse habendam, & delictum perpetratum jus partis lesæ potius;
quam interesse Reipub. concernat. d. 18. & d. q. 139. n. 18.

XII. Etiam si in rebus dilationem non recipientibus, haud
admittatur appellatio. l. fin. C. de appell. recip. Ne, quod beneficio cele-
ritatis inventum, subdatur injurijs tarditatis. Cuj. i. O. 20. Nihilominus tamen non solum jure Pontif. sed & Saxon. Imò totius fere
Germaniæ, in Possessoriis regulariter Appellations & Leuterationes
sunt receptæ. Gail. i. 1. 147. n. 9. Quas tamen in summarissimo possesso-
rio minimè concedendas esse asserimus cum Dn. D. Carpz. c. 19. d. 24.
Rauchb. p. 2. q. 6. n. 58. & c.

XIII.

XIII. Sed in compromisso, partibus litigantibus non nisi unicā Appellatione reservatā, si una pars facta provocatione ad supremum Principis tribunal correctionem sententiae obtinuerit, an altera leuterare prohibetur? N.Carpz.l.3.t.12.Resp.113.

XIV. Quid vero, si gravatus à Principe male informato, ad melius informandum appellare velit? Regulariter ejusmodi appellatio nem non recipiendam esse cum D.D.Carpz.l.4.tit.12.Rcfp.126.censemus.

XV. Deniq; cum Protestatio conservet jus protestantis. l.22. de leg.3. §.Weiles dubitatur? An non per illam, sententia quoque ab effectu judicati suspendi possit? Neg.Berl.c.49.n.69. Nisi protestans verbis disertis sententiam à viribus rei judicatæ suspendat.Carpz.c.19.def.22.

TIT.XXVI.

Bon den Expensen/ Gerichtskosten/ Und derselben moderation.

Sed cūm Jūdex in pronunciando, non tantum rei principali, verum etiam Expensarum rationem habere debeat: Reig.procēss. d.19.princ. Meritò ad retardandam temeritatem litigantium inductum, ut Victus victori in expensas regulariter (Etiam in cauſis criminalibus. C. c.31. d.24.) condemnetur. Berl.concl.78.n.1. Etiam si non petitæ. verb. gleich nicht. C. d. 20. Ad quod tamen Jūdex non tenetur d.21.B.n.3. & 54. Modò victus non habuerit justam litigandi cauſam. verb. nicht erhebliche Ursachen / C. d. 26.35. & 36. Ut si unū duntaxat fide dignum pro suā parte produxerit testem. B.n.52. Aut, si communem DD.opinionem.n.33. Imò unius Doctoris excellentis consilium pro se habuerit.n.31. Vel si juramento actoris suppletorio condemnatus fuerit. C.d.27.B.n.24. Aut ob honorem servandū litigaverit. B.d.28.B.n.42. Ut nec consanguineus, & vir honestus. def.29.B.n.23. Nec condemnatus ex juramento litis decisio d.30.31. Aut jussu superioris litem suscipiens. B.n.39. Aut denique si expressè extrajudicialiter promissæ sint. C.d.76.n.5.B.n.15. Ubi 20. Restrictiones regulæ istius enumerat.

II. An vero victus à Jūdice in omnes expensas à victore designatas condemnandus? N. Sed victor eas ordine liquidare, & moderationi Judicis sine juramento subjicere debet. B.n.66. Ad quā tamen taxationem

xationem victus citandus verb. vff vorgehende. B.n. 70. C. c. 31.
d. 4. § l. 3. t. 12. Resp. 123. n. 20. Nisi propter alium punctum in caus-
sa principali comparuerit, verb. wann auch. Ib. n. 21. Aut expensæ sint
modicæ. Carpz. d. 5.

III. Si autem *victor* expensas, tam judiciales quâm extrajudi-
ciales, juramento suo probare velit, an admittendus? Aff. Etiam *Syn-
dicus* nomine collegii, vel universitatis. Carpz. c. 31. d. 2. Prævià ta-
men *Judicis taxatione* d. c. 31. §. wann aber. § ib. c. d. 1. B. n. 67. § 74.
Cui & *victor*, in defectu expressæ oblationis ad jurandum, se
submisso præsumitur. verb. nicht in specie gebethen. C. d. 3. Nisi
cas plenè probaverit. B. n. 72. Aut debitor *nuda creditoris* assertioni
super expensis stare velle promiserit. B. n. 77. & 84. C. d. 32. Adeò ut
non possit revocari. B. n. 81. Imò etiamsi præsumtio plus quâm ex-
pensum, juratum esse, ad arbitrium boni viri non reduci. B. n. 79.
Modò creditor conditionem suam in deterius nō mutarit. B. n. 82.

S. Erschlis-
hen.

IV. Ergò regulariter moderatio expensarum *Judicis* arbitrio pro
variâ *victoris* conditione commissa? Aff. Carpz. def. 6. Et non
tantum *judicialium* & *necessariarum*, sed *extrajudicialium* quoq; &
utilium, mercedum nempe nuntiorum, sumptuum iti-
neris & in hospitio factorum. §. zum vierdt. § fin. C. d. 7. B. n. 74.
Et illæ quidem probatæ ad teruncium usque *victori* adjudicandæ.
C. d. 8. Nisi *Actuarius* *Judicij* modum expensarum legitimum ex-
cesserit. §. zum andern. C. d. 9. 10. Ubi tamen & *Interrogatoriorū* ha-
benda ratio. C. l. 6. tit. 10. R. 104. n. 7. Aut *Advocati* majora à *Clientibus*
salaria extorserint. §. zum dritten C. d. 11. Præcipue in propriâ caussa
erogatarum, d. 12. Nisi eas expensas petere velit per modum *damni* &
interesse. C. def. 13.

V. Sed in expensas litis condemnatus, an *ad interesse* quoque
& *damna* à *victore* probata teneatur? Neg. Si scil. agatur de expen-
sis ratione *victoriae*. B. n. 100. Secus quando Reus ad *damna* & *inter-
esse* expressè se obligaverit. Thes. dec. 135. B. n. 101. Carpz. d. 14. Vel rati-
one contumaciæ & temeritatis, aut retardati processus fuerit con-
demnatus. B. n. 97. C. d. 15. Idque in *damnis* tantum *intrinsecis*, puta in
expensis *Advocatorum*, *Scribarum* & similiū in *judicio* versanti-
um. B. n. 104. Non *extrinsecis*; ut si litigans à latronibus captus, aut
equus in itinere mortuus. C. d. 16. Treutl. v. 2. disp. 23. th. 2. a.

VI. An autem *Judex* taxationem expensarum etiam immo-
deratarum post publicationem revocare possit? Neg. B. n. 92. Nisi facta
sit in

fit in interlocutoria. *Ib. n. 93.* Bene tamen gravatus à taxatione appelle
lare, aut leuterare. *Ib. n. 94. C. d. 18.* Ita ut victus victori etiam expen
fas, in termino moderationis factas, restituere teneatur. *C. d. 17.* Ubi ta
men & compensationi locum datus. *C. d. 19.* Etiam pro uno capite.
Ib. def. 25.

VII. Sed Lité principali per sententiam finitam, expensæ litis
an peculiari actione peti possint? Aff. De iis, quæ officio Judicis mer
cenario. *C. d. 21. n. 5.* Non quæ jure actionis. *C. d. 22.* Aut ex contuma
cia & délico debentur. *C. d. 23.* Bene tamen moderationis expensarum
in Appellatione adjudicatarum Judici a quo commissa censetur. *C. l.
3. t. 12. Resp. 123. n. 15.*

IX. Quid si actor ipse absolutionem petat? Tunc Reo ad impensas
teneri, assurmus cum Treutl. *d. tb. 2. a.*

TIT. XXXVII.

Bon der supplication oder Revision.

Jure communi præter Appellationis remedium; aliud extra
ordinarium supplicationis beneficium nempe supereft; quo supplica
batur Principi, ut proprio errori, negligentia, vel Adversarij im
pudentia condonaret, revideretque Actitata. *Reig. disp. process. 10. tb.
9.* Et intra biennium peti potest. *Berl. concl. 60. n. 9.* Sed semel tantum
Ib. n. 12. Cum revisio revisionis non concedatur. *n. 13. Carpz. const. 20.
d. 16.* Executionem tamen non moratur. Modò Actor satisdet de re
stituendo; si sententiam priorem retractari contingat. *D. Reusn. in
disp. in aug. de fato. t. h. 166.* Cui in Camera Revisionis beneficium re
spondet. *Gail. 1. O. 154.*

II. An autem in supplicatione locum quoque *l. 4. C. de tempore*
& repar. *Appell. habeat?* Aff. *B. n. 17.* Et saltem à sententiis definitivis
permissa. *n. 20.* Ita ut temere ad revisionem provocans pænā pecuna
riā aut carceris afficiendus. *B. n. 22.*

III. Sed an haec supplicationis via & Revisio Actorum in foro
quoque Saxonico locum obtineat? Neg. *B. n. 25; Reusn. ib. tb. 167.* Non
tollit tamen privilegium de non appellando, supplicationem ad supe
riorem. *Carpz. p. 1. c. 20. d. 25.*

TIT. XXXIX.

Bon der Nullitet.

P. 92;

Sens.

Sententia denique impugnatur Nullitate. Rosb. proc. tit. 72. Et usque ad 30. annos de jure communi durat. Gail. i. O. 127. Nisi caussa principalis, de quâ sententia lata, brevioribus vel longioribus terminis finiatur. Carpz. const. 26 def. 21. Vel statuto certus terminus præfixus, veluti in Electoratu Sax. ubi intra 6. Septimanas & 3. dies à momento publicatæ sententiæ Nullitas alleganda. verb. So ordne n Berl. concl. 61. n. 27. Et quidem in Iudicijs Curialibus & Judicio Appellationum Dresd. ubi solennes per tempora certa aguntur sessiones, in proximo abhinc termino: In alijs vero Judicijs inferioribus intra duplicatum terminum Sax. binnen doppelster Sächs. frist ad eam deducendam & probandam citatio est impetranda. Reusn. ib. th. 95. & 178. Etiam si ex actis notoria. B. n. 8. Ita ut elapso ejusmodi termino, nec agendo, nec excipiendo amplius de nullitate dici possit. verb. Oder. B. n. 9.

II. Sed an nullitatis allegatio, sententiæ executionem impedire possit? Neg. verb. wann auch C. d. 22. B. n. 11. Reig. proc. disp. 11. th. 6. c. Etiam si sententiæ clausula illa; Reo actionem nullitatis allegare & deducere reservatum esse annexa fuerit. verb. ob schon B. n. 14. Nisi nullitas sit notoria, vel in continent, intra tempus nimirum sententiæ executioni præfixum) probari possit. verb. Es were B. n. 17. 27. Rosb. t. 72. n. 33. In quâ tamen deficiens, sententia nihilominus vigorem suum obtinet, & eam temere allegans, pœnam 40. flor. incurrit verb. So auch. Reig. th. 8. (quam tamen judex probabili ex ratione remittere potest. Carpz. l. 2. t. 9. Resp. 100.) Separatim scil. nullitatem instituens B. n. 35. Caussâ tamen expressè non probatà ad alium decurrere concessum. Reig. ibid.

II. An autem sententia *contra ius* expressum lata, ipso jure sit nulla? Aff. Carpz. d. 24. Treutl. v. 2. disp. 23. th. 5. 4. Vel lata ex falsa caussa pro ratione decidendi sententiæ inserta. Carpz. l. 3. t. 10. R. 98. Non tamen contra communem opinionem. ibid. Et ex falsis testimoniosis & instrumentis lata B. n. 36. Sed falso intra legitimum tempus probato revocanda. Ib. n. 41. Etiam si causa, nullitatibus & quâvis appellatiōne remotis, commissa. Reig. th. 3. b. Aut sententia à majori Magistratu lata. Ib. th. 11. Etiā adversus tres conformes sententias. Ib. & B. n. 24.

IV. Haud obstante privilegio de non appellando; an Subditi Ducum Sax. super nullitate sententiæ, in Camerā Imperiali conqueri possint? Aff. Carpz. p. 1. c. 20. d. 23. 24. Gail. i. O. 135.

DISP. IX.

MISCELLANEA.

- I. Imperium Romano-Germanicum non est Feudum Pontificis.
- II. Donatio, de qua ex c. Constantinus dist. 96. Papistæ glorianter, non solum est fabulosa: imo, etiamsi à Constantino Magno facta esset, de jure tamen non rata habenda.
- III. A Sacra Cæsarea Majestate male informata ad eandem melius informandam provocari potest.
- IV. Femina à successione feudi semel exclusa, non censetur perpetuò exclusa.
- V. In feudo hypotheca liberè constituti non potest.
- VI. Concesso feudo filio familias, usus fructus patri ejus non acquiritur sed penes filium remanet.
- VII. Plurium fratrum vel sororum filij soli, diversi numeri, succedunt defuncto patre in capita non in stirpes.
- VIII. Statuto in totū tolli nequit, ne ad superiorem appelletur.
- IX. Ab arbitris appellatio jure permissa est, quæ tamen in executoriis locum non obtinet.
- X. Creditor non implorato judicis auxilio bona debitoris sui proprio ausu occupans, Jus crediti jure Sax. non amittit.
- XI. Testes in summarissimo possessorio jurare debent.
- XII. Exceptio non numeratae pecuniae, contra instrumentum liquidum, wider klar Brief vnd Siegel/ in Electoratu Saxonie opponi non potest.

F I N I S.



This image shows a single, horizontal page of aged, light brown paper. The paper has a textured surface with some minor discoloration and small dark spots, characteristic of old paper. There is no text or other markings on the page.

This image shows the top edge of a book's cover. The material appears to be a light-colored, textured cloth or paper. A vertical strip of darker, possibly leather or cloth, runs along the spine area, indicating the book's binding. The edges of the book are slightly worn, particularly at the corners.



ULB Halle
003 862 046



3

Sb.

WPA



AUSPICE CHRISTO!
DISPUTATIO OCTAVA
Continens

STIONES FORENSES,
processu & ordinatione Judic. vulgo
GerichtsOrdnung/
ereniss. ac Potentiss. Principis
ac Domini, Dn.

NNIS GEORGII,
lect. Sax, &c. Domini nostri clementiss.,
desumptas,

QVAS

Sub PRÆSIDIO
TIANI TAUBMANNI, J. U. D.
Publ. Curiæ Elect. & Facult. Jurid.
Adsefforis,

Publico Eruditorum examini subjicit

NRICUS COSELIUS
de Pezlinovez.

ad diem Augusti, in Auditorio Jctor.
boris antemeridianis.

WITTEBERGÆ,
udebat JOHANNES HAKE.
M. DC. XLIV.